

1623.

1. Bochorighius, Petrus : De utilitate et praecipuis effectibus praevariorum
 2. Gumpelzarius, Georgius : De scatula imperii publico.
 3. Kerchberger, Georgius : De foro competente.
 4. Locamius, Georgius David : De signatu et actione praevariatoria
 5. Locamius, Georgius David : De deposito.
 6. Locamius, Georgius David : De commissario et ejus actione
 7. Locamius, Georgius David : De defensione necessaria
 8. Locamius, Georgius David : De poenis
 9. Schaefferius, Antonius : De reservatis Caesareis
 10. Steinerich, Trajanus : De juri bus civilitatum
 11. Zeckohius, Elias : De jure monetal
- 1624.
1. Bonnegrarius, Matthias : De arti, constitutione et ejus partibus

1624

2. Bitzius, Casparus : De Thesauris
3. Bruneus, Baltherus : Centuria portorum cantores
Iurum ex Reg. et Consuet. fidelibus deponitarum
4. Flach, Hermann : De susbacione pensionis, qual
sit per prigerationem
5. Hiltzsch, Isenius : Seminaria curia quae Gronum fidelium
6. Leibniz, Christian : De restitutionibus in legione
7. Locomenus, Georgius David : De testamentis
8. Locomenus, Georgius David : De usfructu
9. Pulsanus, Emanuel : De iurisdictione
10. Semper, Gregorius : De renuntiacione hereditatis ex
pactu datali 3. P. de causa juncto cap. quatuor de factis.
in testa secretariorum

1625

1. Berneggerus, Matthijs : De Gauis principis qualitate
libus, visitibus et officio.

1625

2. Heydeman, Thomas: De exceptionibus declaratoris et dilatoris.
3. Locamini, Petrus David: De pignoribus et hypothecis.
4. Locamini, Georgius David: De jure quatuor tam perso-
narum principie controverso.
5. Neuhauß, Antonius Guentherus: De jure apud Iagostinos
sive retractus.

1626

1. Beneggerus, Matthias: De natura et statu reipublicae.
2. Bitschius, Casparus: De individualiis.
3. Bitschius, Casparus: Questiones aliquot miscellaneae.
4. Bitschius, Casparus: De servitutibus personalibus.
5. Clulen, Joachim: De gradatione et distributione canoni-
nicarum iuris canonici libris.
6. Flach, Sigismundus: De impensis in rem alienam
factis, et quantum panorum ea consequi possit?



1626.

7. Flach, Sigismundus : De testamentis
8. Flach, Sigismundus : De furto et rapina et actionibus
in de descendentiis.
9. Flach, Sigismundus : De codicillis.
10. Gruner, Melchior : De correctionibus
11. Heine, Ioh. Michael : De subjectione et liberitate
civitatum Imperialium.
12. Knappeckholt, Philippus : De fideicommissis facili-
bus conservandae causa relictis.
13. Knappeckholt, Philippus : De contractuum demolitione
14. Locomarus, Georgius David : De nuptiis
15. Locomarus, Georgius David : De antichressi.
16. Locomarus, Georgius David : De causis actionum, qua-
perus eae cum ex mortis aegradendi, sum ex obligatio-
nibus dependent.
17. Locomarus, Georgius David : Pantheon miscellaneorum
iuris diuersarum remanentiarum


1626


16. Lüdmerus, Georgius David: De possessione.

19. Lüdmerus, Georgius David: Theses juris utriusque

20 Schröckel, Lukas: Disputatio iuridica
et rubricam sig: nihil innovari appellatione
interposita

1681
Pech, Hoffnung & Glück wogt, wenn's so
gut und nicht so schlecht wogt, kann man
nicht sagen, ob es sich um ein gutes oder
ein schlechtes Glück handelt. Wenn's so
schlecht wie schlecht wogt, ist es kein Glück
mehr, sondern eine Art von Unglück, das
man nicht verhindern kann. Wenn's so
gut wie gut wogt, ist es ein gutes Glück,
das man nicht verhindern kann. Wenn's so
gleich wie gleich wogt, ist es ein zufälliges
Glück, das man nicht verhindern kann.
1682





EDITIONIS
ALTE

340

DE UTILITATE

PRINCIPUIS E. F.

DE POSSES-

AN.

Principio gratia,

AUTORITATE ET DE-
SIGNIO ALBERTI IURE CON-

SEPTENTRIONALIS INCITA AR-

YMBRIOS. 1522.

Pro
TERRIS IN UTRORUMq; IURE INS-
CIPIT, PRIVILEGIIS TERRITORIATIBUS.

Doboribus, islemeter, confi-
tundet.

in Auditorio Maiori, Monasterio Fehmariensi, 1522.

EDITIONIS
ALTE

ANNO 1522. XXII.

DISPUTATIO INAUGU-
RALIS.

340.

DE UTILITATE
ET PRÆCIPUIS EF-
FECTIBUS POSSES-
SIONIS,

Quam,

Divina favente gratia,

AUTORITATE ET DE-
CRETO AMPLISSIMI JURE CON-
SULTORUM ORDINIS, IN INCLITA AR-
gentoratensis Univer-
sitate.

Pro
SUMMIS IN UTROQUE JURE INS-
GNIBUS, PRIVILEGIIS ET IMMUNITATIBUS
Doctoralibus, solenniter conse-
quendis,

Publica Censura subjicit

M. PETRUS BOCHORIZHIUS, LABA-
cenfis Carniolanus.

In auditorio majori, Mensē Februario. 1623.



ARGENTORATI,
EXCUDEBAT PAULUS LEDERZ.
ANNO M. DC. XXIII.

DE PRACTICIS ET
PRATICIS ET
PRACTICIS

AUTORITATIBUS ET DE
CIVICO AMULSIMO IN
SOCIETATEM OBRIS IN PRACTICIS

SUMMIS INSTRUMENTIS IN RE IN
GURIBUS PRACTICIS ET PRACTICIS
DUCITIS PRACTICIS
deutus

DE PRACTICIS PRACTICIS
ET DE PRACTICIS
CIVICO AMULSIMO IN
SOCIETATEM OBRIS IN PRACTICIS

ЛЯ ОБОИА
ПАНІС ЛІТІА
ДІКІС МІОІА

THEISIS I.

N amplissima Possessionis materia cùm placerent multa; ex multis vel maximè placuit de utilitate & præcipuis effectibus ejus, quos adferre possesso-ribus consuevit, consideratio: utpote è quibus pos- sessionis præstantia: ut ferè ex effectibus causa, arg. l. quisquis s. §. filij verò C.ad l. iul. majest. penitus cognosci potest.

2. Ne verò, quam (alio quidem in casu, prolixiorum sc. libellorum conditoribus) Imperator denunciat indignatio- nem. l.39. §.i. C.de appell. nobis etiam subeunda sit, verbosis nim- rum utentibus assertionibus & quæ jam ab aliis perorata sunt, resuscitantibus, cavere hic loci opera precium diximus. Non enim per plura fieri debet, quod per pauca fieri potest. arg. l.10. C.de judicij.

3. Saltem monere non abs re fuerit, hoc loco non in- quiri in effectus possessionis, pro proprietate sumptæ, ut sumi- tur in l.78. ff. de V. S. l. quaesitam 12. §.i. pr. ff. de instr. vel instrum. l.ii. ff. de alien. jud. mut. l.86. inf. ff. de acquir. vel amitt. hered. Nec etiam pro usucapione acceptæ, l. denique 19. l. ait prætor 23. §.i. ff. Ex qui- bus ea maj. Sed possessionis, quæ νεροχὶ Græcis dicitur l. i. pr. ff. de acquir. vel amitt. poss. Latinis verò detentio nuncupatur l. unic. C.de usucap. transform. l. pen. C. de præscr. 30. vel 40. ann. rei corporalis l.3. in pr. ff. de acquir. poss. cum affectione suo nomine habendi vel possidendi l.1 §.20. l.18. pr. ff. de acquir. poss. Quæ ni- hil habere commune cum proprietate dicitur l. 12. §. i. ff. de ac- quir. poss. & usucaptionis causa potius est, quam eadem cum ipsa, ut in sequentibus apparebit.

4. Possessionis effectus itaque respiciunt utilitates, quas possessor habet vel in judicio, vel extra judicium. Illæ pertinent

vel ad continuandam possessionem, jam inchoatam: vel ad eam retinendam: vel amissam recuperandam: vel ad alias judiciales commoditates. Hæ vero vel ad acquirendum dominium, vel ad alia extrajudicialia possessori prosunt. De quibus singulis ordine dicendum est.

5. Ad inchoatam jam possessionem ulterius continuandam facit, quod possessio non modò ab eo, qui eam primus à non domino bona fide ex titulo justo acceperit, ad tempus legitimum continuari; sed etiam ad successorem continuanda transmitti possit, sive successor sit universalis, ut heres. l.13. §.4. ff. de acquir. vel am. poss. l.12. 20. l. nunquam 33. §.vacuum l.just. 44. §. nondum ff. de usurp. §.12. Inst. eod. l. 6. §. f. ff. pro empt. sive particularis, ut legatus, l.14. ff. de usurp. & usuc. ut emptor l.2. §.20. ff. pro empt. §.inter 13. Inst. de usucap.

6. Idque procedit quoad heredem jure singulari l. justo errore 44. §. ff. de usucap. Nam aliás jure civili morte interrupitur possessio, cum non sit possessio hereditatis l. i. §. Scavola ff. si it, qui test. liber, &c. & factum heredis intercedere oporteat d. §. Scavola & l. cum heredes 23. ff. de acquir. poss. Ubi in eo quoque heredis conditio melior est quam defuncti primi acquirentis possessionem, quod in eo non aquæ atque in hoc bona fides exigatur: sed sufficiat eum bonam habuisse d. §.12. Inst. de usuc. l.2. §.19. pro empt. nec superveniens postea mala fides heredis possessioni obtus jure civili l. 43. ff. de usurp. & usuc. d. §.12. Inst. eod. & d. l.2. §.19. ff. pro empt.

7. Imò amissa etiam possessio, atque sic quodammodo interrupta, effectu isto nihilominus gaudet, prodita in hæ rem aetionis publiciana, qua actor amissa possessione rei, nondum usucapta rem ipsam vindicat, ac si usucapisset, §.3. & 4. Inst. de aetionibus l.1. ff. de publiciana. Quia cum realis sit, & judicii petitori, non possessorii l.7. §.6. & 8. ff. de publicia. d. §.3. & 4. Inst. de act. l. in honorarijs 35. ff. de oblig. & act. & in libello actor petat, declarari q. dominus, ut in vindicatione l. 35. §.1. ff. de re vind. l. pomponius. 40. ff. §.2. ff. de procur. ambigi potest, num recte ea pro possesso dari dicatur. Verum cum in id potissimum intendat actor, ut non modò habeat rei proprietatem, ut in vindicatione, una cum

348.

cum omni causa l. 17. 20. & 62. ff. de R. V. Sed etiam ita res
redat in eum statum, in quo, antequam amitteretur possesso,
erat; arg. l. 24. §. 4. ff. de minorib. quo possesso continuari & usuca-
pio compleri queat: (neque enim protinus verus dominus ef-
ficitur arg. l. pen. & ult. ff. de publicana.) ideo in hac actione etiam
possessionis rationem haberi non male afferitur. l. 18. §. 15. ff. de da-
mno infecto.

8. Præterea non hic agitur de levi aliquo præjudicio,
sed de possessione ipsi rei dominio cohærenti, & perpetuò a-
pud possessorem mansura, quod genus petitorio expediri judi-
cio affirmare videtur Coll. Argent lib. 43. tit. I. 0. 38. per autoritates
ibid. allegat. Nec de hac possessionis specie accipienda est. l. 12. §. 1.
ff. de acq. poss. Aliás tanta habetur ratio possessionis in Publiciana
ut ea non detur planè, nisi præcesserit possesso per traditio-
nem translata l. 1. pr. l. 7. §. 16. l. 9. §. 4. ff. de publici. ut ut confiterit
de bona fide, vel justo ad transferendum dminiū titulo. Ut vel
hinc liqueat, quicquid utilitatis ad petitorem è publicana re-
dundet, id tanquam potiori causa possessioni acceptum ferendū esse.

9. Possessioni retinendæ inservit Interdictum. *Vti possi-
detis*, quod datur ei, quem potiorem prætor in possessione soli
habuit l. 1. §. 1. ff. *Vti possid.* quique eam sibi afferit, tamque defen-
di, ne amittatur, petit. l. 1. §. 4. ff. ubi possid.

10. Cujus Interdicti utilitas in eo maximè cernitur,
quod non referat justa an injusta sit actoris possessio l. 2. cod.
cum qualisunque possessor, quā talis, plus juris habeat, quam
qui non possidet d. l. 2. & melior sit conditio possidentis l. 3. C.
cod. l. 24. ff. de R. V. & actore non probante suam esse possesso-
nem, eadem in suo loco remaneat §. 4. vers. comnodum, Inst. de In-
terd. Ad eū quidem, utei etiam, qui clam, precario vel vi possi-
deat, illa possesso contra possidentem profit; modò is non ab
eo possideat l. 1. §. 4. ff. cod d. §. 4. inf. f. Inst. de Interd. quia iniquum es-
set, eum, à quo quis possessionem haberet, istis injustis posses-
sionibus vinci. d. l. 1. §. f.

II. Præter Interdictum *Vti possidetis* retinendæ posses-
sionis

fioni accommodatum etiam est Interdictum Virubi d. §. 4. vers.
sed Interdicto l. de Interd. t. t. ff. de Vtrubi: nec differt ab illo, nisi
quod illud de rebus soli, hoc de rebus mobilibus scriptum sit,
d. §. 4. sed Interdicto & vers. Nam utriusq; toto tit. ff. eod. In utro-
que is vincit, qui litis contestatae tempore, sive cum super hoc
ab adversario inquietatur, nec vi, nec clam, nec precario posses-
sionem ab eo habet in fine tit. ff. de Virubi & d. §. 4. vers. fin. Inst.
de Interd. De aliis remedii retinenda possessionis vid. Menoch. in
Commune. de retinenda possessione. & ordin. Camera part. 2. t. t. 21.

12. De vindicatione dubitari potest, an hæc etiam in-
ter effectus retinendæ possessionis censeri possit. Et quidem di-
cendum videtur, hanc possidenti civiliter contra naturaliter
possidentem competere, cum non repugnet dicere; alterum rem
detinere naturaliter; alterum vero in civili possessione turbari
Schneidev. ad §. poscidere. Inst. de Interd. num. 86. in f. ubi & gl. ci-
tat ac l. clam. poscidere §. qui ad nupdinas. Bart. & alios. Sed tum non
videtur tribui possessori, qua talis est, sed quæ præter possessio-
nem rem suam esse, & se esse dominum, contendit l. in rem actio
23. pr. ff. de R. V. l. fin. C. eod fac. §. 4. vers. Namque Inst. de Interd.

13. Unde ferè perpetuo possessori petitor contra distin-
guitur §. 4. Inst. de Interd. l. 1. §. 3. ff. Vti possid. l. 35 ff. de acquir. vel am.
poss. l. 3. C. de Interd. quemadmodum etiam ipsa possessio propri-
tati l. 12. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. 24. ff. de R. V. Non obstat,
quod usufructuario vindicatio usufructus tribuatur l. 3. pr. &
§. 1. ff. si usufr. petetur &c. quia etiam usufructarius ratione juris
sui, quod habet, instar domini est l. 8. pr. ff. de reb. auctoritate jud.
poss. & dum agit, suo non alieno jure agit. d. l. 5. pr. Idem de vasal-
lo dici potest. c. un. de invest. de re aliena fac. 14.

14. Possessionem, ne amittatur, tuentur, de quibus modo
actum, Interdicta Vti possidetis & Vtrubi: ut verd amissa & per
vim ablata recuperetur, prospicit Interdictum Vnde vi l. 1. §. 4. ff.
Vti possid. l. 1. §. 1. & 2. ff. de vi & vi. am. l. 2. C. unde vi. §. 6. Inst. de In-
terd. Ut hoc Interdicto tam naturaliter possidens quam civiliter
potest l. 1. §. deic. 9. & l. 3. §. unde in 13. & seqq. ff. de vi. &c.

15. Nec recuperatur ex hoc Interdicto possessio solum:
sed

sed etiam fructuum ratio habetur l. i. §. 40. & 41. ff. cod. o-
mnisque utilitatis, quam dejectus habiturus erat d. §. 41. l. 4. C.
unde vi. quamvis prædo eos fructus non perceperit d. l. 4. C.
unde vi. Quin & estimatio rerum possidentibus reddenda est à
prædone l. 7. & 8. 10. C. unde vi. §. sed ex confirmationibus Inst. de
Interd. Est & illud singulare in hoc Interdicto, quod fru-
ctuum ratio ineatur ex die, ex quo quis dejectus est, aliter at-
que in reliquis Interdictis, in quibus non nisi ex die, quo ex-
dita sunt, computatio fieri solet d. l. §. 40. ff. de vi & vi. arm.

16. Non etiam civiliter duntaxat conveniti ex hoc In-
terdicto violentus possessor potest: sed etiam criminaliter l. i.
§. 2. ff. de vi. & 1. 4. C. unde vi videlicet, si sine armis dejectus
de vi privata, cuius poena est confiscatio tertiarum bonorum par-
tis l. i. pr. l. 5. ff. ad l. lus. de vi. privata: si vero cum armis per
vim dejectus, tum incidit in penam legis Juliae de vi publica, &
deportatur l. 10. ff. ad l. Iulian. de vi publica. Quamvis pena hu-
ius modi violentiarum adhuc magis exacerbata sint, banno sive ex-
communicatione Imperiali novis principum Constitutionibus
in violentos istos possessionum invasores constituta tam in per-
sonas quam res eorum Mynsing. ad §. Item lex Iulia Inst. de publ.
jus.

17. Præter hæc recuperandæ possessionis jure civili com-
moda, sunt & alia ut conditio ex lege, si post appellationem quid sit
innovatum c. bone memoria si. de appellationibus. Exceptio spoliij
c. sepe de restit. spoli. c. redin. egranda 3. q. 1. De quibus, & aliis plu-
eribus VVefeb. in parat. in ff. ad tit. de vi & vi. arm. gloss. & Bart. in
Lexic. ff. quod meritis ca. Menoch. in Comment. de recuperanda pos-
sessione.

18. Utilitatum, quas judiciales supra appellare libuit,
vel inter præcipias possessionis hæc esse meretur, quod posses-
sor rerum immobilium relevetur ab onere fatisandi judicio si-
sti l. sciendum 15. §. 1. ff. satisd. cog. adeo ut emphyteuta, quem
quem naturaliter tantum possidere agrum emphyteuticum con-
stat isto beneficio etiam fruatur d. l. sciendum. Modò res illa im-
mobilis sit sufficiens, & magnitudini rei, quam actor postulat,

corre-

correspondeat l. quos nos hostes 234. ff. de V. S. l. 10. ff. qui satisd.
cog. Nec sit quæstio de re ipsa immobili possella Bart. in d.l. sciend-
um pr. v. g. de fundo dotali, qui si petatur, licet enim maritus
possideat d.l. sciendum §. 3. & dominus sit l. 13. §. 2. ff. de fundo dor.
& l. 30. C. de jure dor. nihilominus ad satisandum tenetur l. 8.
§. 1. ff. qui satisd. cog. Id quod in reliquis etiam possessoribus
immobilium locum habet, quorum bona tacitè pignori obli-
gata sunt, tot. tit. ff. & C. in quibus ca. tacitè pign. &c. ut conventi
iis actionibus, pro quibus bona eorum sunt obligata, satis dare
necesse habeant cum alioquin non plus esset in cautione,
quam in principali actione VVesenb. in parat. ff. tit. qui satisd.
cog. n. 7.

19. Possessor rerum immobilium, & ubi prædia sita
sunt, etiam forum sortitur l. 2. C. ubi in rem actio, &c. ibique con-
veniri potest, licet non in eadem, sed in alia provincia degat,
d. l. 2.

20. Ut satisdandi, ita etiam à probandi onere releva-
tur possessor l. 2. 12. C. de probat. §. commodum Inst. de Interd. Præ-
sumitur enim dominus l. sicut 8. §. 3. ff. si seruit. vendic. l. 1. ff. fam.
hercif. & justo titulo possidere Bart. & Dd. in l. quidam in suo 27.
ff. de condit. inst. Non relevatur tamen secundum Baldum in l. non
ignorat C. qui accusare non poss. si probatio fieri debeat per in-
strumenta; item si proprietas principaliter in judicium deducta
sit Bart. in l. circaffide probat, & Bald. in l. vis eius C. eod.

21. Non cogitur dicere possessor, pro qua parte eius
res sit, cum petitoris hoc sit, non possessor l. in speciali 73. ff.
ff. de R. V. Qui nec titulum suæ possessionis dicere tenetur, ni-
si hereditatis actione conveniatur l. cogi 11. C. de petit. hered. Aut
nisi alias alterius nomine possederit; quia præsumitur etiam
tum eodem titulo possidere; ideoq; necesse est titulum probare.
Bald. in l. malè agitur C. de prescr. 30. vel. 49. ann. Quod & tum ac-
cidere idem vult in d. l. cogi. quando possessor allegat titulum,
quia tum actoris vice fungitur, cui, utpote affirmanti, regulariter
probandi onus incumbit l. 23. C. de probat. l. 2. §. 15. 21. & 22. ff. eod.
c. bo-

860.

c. bona memoria 23. S. porrò excessus vers. & quod citati. De ele-
ctione.

22. Huc accedit & illa possessionis utilitas, quod, si ac-
tor in probando dominio deficiat, quamvis possessoris res non
sit, qua de controvertitur: maneat tamen possessio in situ loco,
& contra actorem petitorem pronuncietur. §. 4. Inst. de Interd.
l. ult. C. de R. V. l. 3. C. de Interd. l. 2. C. de probat. habeatque huc
maxime locum regula, quod melior sit conditio possidentis l. 128.
ff. de R. l. l. 9. §. 4 ff. de publiciana.

23. Competit possessori, præter Interdicta & publicia-
nam, actio etiam furti l. 12. §. 1. ff. de furt. modò sit bona fidei
possessor: secus ei non competit, ne improbitate sua actionem
consequatur. Quæ actio ipsi quoque creditori datur, tam con-
tra extraneum, quam ipsum rei dominum, cum ejus intersit
semper pignus habere d.l. 12. §. 2. Cui & hoc commodi possessio-
ne quartitur, ut distrahere pignus possit, observatis tamen ob-
servandis tot. tit. ff. & C. de distr. pign. §. 1. Inst. quibus alien. lic. vel
non. §. ult. Inst. quib. mod. re contr.

24. Potest uti possessor actione confessoria & negato-
ria l. uti frui s. l. 1. ff. si serv. pet. &c. & ibi Bart. Qua de re nonnihil
supra 9. 12. & 13. Conditio, quæ ei jure gentium tribuitur
contra eos, qui non justè possident l. 25. de act. rer. am. Vid. Coll.
Arg. lib. 41. lit. 2. o. 22. n. 10. Conditio ex l. 9. C. unde vi gl. & Bart. i-
bid. ex Lexstat 13. ff. de eo quod met. ca. l. creditores 7. ff. ad l. 1. ul. de vi
priv. ex l. fin. C. unde vi VVesenb. in parat. in tit. ff. de acquir. poss.
in f.

25. Quin & facultatem habet petendi, ut possessio, quam
jam habet, confirmetur Bart. in l. 3. §. missum ff. ad Carbon. si nimirum
in ea molestetur; aliás non, Bald. in l. fin. C. de Ed. Divi Hadri. toll. Qui
nec petere potest, se declarati dominum, & confirmari sententiam
pro se latam, nisi conveniatur ab alio, dominum prætexente: &
tum demum se dicere dominum, & rem sibi adjudicari petere
potest. Dd. in l. 1. C. ad Carbon. c. ex conquestione, de restit. spoliat. & ibi
Dd. Verùm non est nostri instituti hisce & consimilibus, quæ
ap. Dd. videri possunt, immorari: ad extrajudiciales igitur pos-
sessionis

B

sessionis utilitate, & effectus pedes nobis promovendi.

26. Ex his primo occurrit dominii per possessionem acquisitionis, quæ vel jure gentium accedit, vel juri civili. Priori modo dominium acquiritur, quando res occupatur, quæ à nemine possessa & in nullius dominio fuit: quod enim nullius est, naturali ratione occupanti conceditur l. 3. pr. l. 7. & 30. §. ult. ff. de acquis. rer. dom. l. 1. §. i. ff. de acquir. poss. §. 12. Inst. de cer. divis. quo nomine etiā à naturali possessione dominiū cœpisse dicitur. d.l. l. §. i. ff. de acquir. poss. Posterior per possessionem dominii acquirendi modus est ipsa usucatio & prescriptio. in pr. Inst. de usuc. quæ ideo adjectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti dicitur l. 3. ff. de usurp. & usuc. nec sine possessione procedere l. 25. eod. & eos, qui non possident, nec usucapere posse, §. 4. Inst. per quas person. cui acquir. l. 10. in f. ff. de acquir. dom. c. sine possessione de R. in 6.

27. Ad hunc effectum producendum sola civilis possesso sufficere videtur, sine naturali (sumpta videlicet possessione) civili in specie contra distincta naturali in specie, ut sumitur in l.s. §. 9. de vi & arm. l. 2. §. quod vulgo ff. pro herede l. 3. §. fin. ff. ad exhibend. quæ propterea concurrere non possunt arg. l. 5. in pr. ff. ff. usuf. pet. &c. arg l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poss. l. si ut certo s. §. 15. ff. commodati) l. 1. §. per servum qui in fuga ff. de acquir. poss. ibi enim servus aufugiens usucapitur ab emptore, qui eum forte à non domino emerat, licet naturaliter non fuerit possesus, sed civilitate tantum. Consonat textus l. 3. §. si servus ff. eod. tit. & l. servi & filij l. 7. §. fin. ff. de furt. Vid. hac de re latius Schneiderv. in §. possidere Inst. de Interd.

28. An autem naturalis possessio sola etiā possit esse usucaptionis causa, plus habet difficultatis; hoc enim ei manifeste derogatur l. acquititur 10. in f. ff. de acquir. rer. dom. §. 4. Inst. per quos pers. cuique, &c. ubi usufructarius, qui naturaliter tamen possidere dicitur l. 12. ff. de acquir. poss. usucapere negatur: quia nec possidet, civilitate sc. & scit rem alienam esse, quæ sunt præcipua requieta usucaptionis impedienda.

29. Et quidem Bartholopinio l. ff. de acquir. poss. quod, licet

licet naturalis possessio non inducat usucacionem & praescriptio-
nem rei possesse; operetur tamen præscriptionem aliius juris
in ea. v.g. fundus non præscribitur ab usufructuario naturaliter
tantum possessus d.l.12. præscribitur tamen jus utendi fruendi, si
forte dominus non fuit, qui usumfructum constituerat. Usufruc-
tuarius quippe, ut & cæteri naturaliter possidentes vasallus &
emphyteuta, &c. ipsius juris incorporalis quasi possessionem ha-
bent l. ait prator. 23. §. 2. Ex quibus ca. major. l. 3. §. pen. vers. quasi in pos-
sessione ff. de vi & vi arm. acquisitam per patientiam domini, quæ
in incorporalibus loco traditionis est. l. quoties 15. in f. ff. de servit. l.
3. pr. ff. de usuf. l. 11. §. 1. ff. de Publiciana.

30. Cæterum, cum per patientiam istam domini veri vel
quasi, (sicut alias per traditionem, & possessio & dominium l. 28.
ff. de V. O. l. 9. §. 3. ff. de acquir. rer. dom. §. per traditionem Inst. de rer. div. f.)
non modò naturalis, sed etiam civilis istius modi jurium possessio
transferri videatur, & ob id eorundem possessores interdum do-
mini dici mereantur, ut usufructuarius in l. 8. pr. ff. de reb. anciorita-
tate jud. poss. emphyteuta in l. possessores inf. C. de fundo patrim. lib. II.
nec non vasallus c. un. §. rei autem, in verb. quasi dominus de investit.
de re aliena facta, satius est dicere cum Dd. talia jura non per natu-
ralem tantum possessionem, sed per civilem vel solam, per l. supra
allegati s. 27. vel junctam naturali præscribi. Vid. Schneiderv. in §.
possidere Inst. de Inv. et d. n. 41. Alioquin vix est ut evitari absurdum l. 3.
§. ex contrario ff. de acquis. poss. l. 5. §. 15. ff. commodati & l. 19. §. parer 3.
ff. de castr. pecul. quavant.

31. Ut possessio usucacionem promovet, prout dictum
est: ita eadem etiam impedit, ne contra civiliter possidentem pro-
cedat: siquidem quamdiu quis civilem animo retinet possessio-
nem l. 1. §. 24. & seqq. l. 3. §. 7. l. 6. §. 1. ff. de vi & vi armata. res ipsa sic
possessa præscribi à naturaliter possidente non potest l. 2. C. de
praefr. 30. vel 40. ann. glossa in l. 1. C. de serv. fugitivo. Schneiderv. d. §.
possidere l. 79. cum seq.

32. Ultra liberum rei possessa usum, quem possessor ha-
bet l. 11. ff. de vi & vi arm. l. 3. v. 1. cum seqq. ff. uti possideris, etiam fru-
ctus iuratur, si sit bona fidei possessor §. 35. Inst. de rer. div. f. l. 48.

ff. de acquir. rer. dom. & fructus jam perceperit eosque consum-
serit d. §. 35. & d.l. 48. §. Etsi hereditas Inst. de off. jud. l. certum. 22. C. de
R.V. Pendentium alia est ratio , qui , cum pars sint fundi l. fructus
pendentes 44. ff. de R.V. domino , fundum vindicanti , acquiruntur
d. §. 35. in f. Inst. de rer. divis. Est alia quoque ratio fructuum perce-
prorum quidem , sed adhuc extantium , quos præstari à possessori
oportet. l. 22. C. de R.V. l. 45. ff. de usuris d.l. 48. ff. de acquir. rer. dom. d. §.
35. Inst. de rer. divis.

33. Per errorem juris possidens fructus nihilo secius lu-
cratur l. 25. §. 6. ff. de hered. petit. possidens autem civiliter tantum ,
etsi aliás fructus non lucretur , ex g. dominus proprietatis non fa-
cit fructus suos , sed ipsi usufructuario cedunt l. 7. 9. 10. §. sed etsi ff.
de us. fr. tamen nonnunquam diversum accidere solet , nimirum si
naturaliter possidens usufructarius non ipse , sed alius eos fru-
ctus percipiat l. 12. §. sifur ff. de usur. ubi proprietario condicione
competere dicitur fructuum à fure deceptorum , non fructua-
rio. Vel si naturalis possessor contra voluntatem civiliter possidé-
tis , vel injuste possideat l. clam possidere 6. §. qui ad mundinas ff. de
acquir. poss. l. quis sit 25. §. in alieno ff. de usur.

34. Naturaliter tantum , etsi justè possidentes , ut vasallus ,
emphyteuta , &c. fructus quidè acquirere & lucrari maximè vidé-
tur: id tamen nontam ratione naturalis possessionis , qua rem in
ipsam detinét , sed quatenus voluntate domini concedentis possi-
dent , vel etiam ratione juris , quod naturaliter & civiliter quasi
possident , fieri volunt gl. & Dd. in l. 3. §. ex contrario ff. de acquir.
poss.

35. Quoad fructus feudales vasallo mortuo hoc peculia-
re est; quod iidem , sive extantes sive etiam pendentes , non illico &
sine discrimine ad dominum , etiam cum eidem , vasallo sine he-
rede masculo decedente , feendum apertum est , spectent; sed pro
distinctione c. unic. hic finitur lex §. hic consequenter , modò ad do-
minum modo ad heredes vasalli pertineant. Domino quidem ce-
dunt omnes istius anni fructus , si vasallus ante Calendas Martias
moriatur , vel post mensem Augustum. Quod si vero medio tem-
pore , quod Martium ab Augusto discriminat , decedat , illi fructus ,
qui

352

qui medio illo tempore percipiuntur, hereditibus defuncti vasalli obveniunt. Etsi vero generaliter §. his consequenter, de fructibus disponat, ideoque generaliter etiam intelligendus sit arg. l. de pre-
cio ff. de publiciana & arg. l. 1. §. 3. in f. ff. de aleatorib. tamen vasallo etiam ante Cal. Mart. vel post Augustum fatis concedeute, here-
des ejus impensis, in agriculturam occasione feudi collatas, de-
ducere poterunt, arg. l. fructus. ff. solut. matrim. & l. fundus qui dotis
§. ff. fam. hercif. Sed nec in Cameræ vel canevæ feudo d. §. his con-
sequenter obtinere nonnulli existimant per l. in singulos annos 8. ff.
de annuis legat. Vid. Baro à Tautenberg ad d. §. his consequer. in fine.

36. Quod de impensis quoad heredes vasalli modò di-
ctum est, id in omni bona fide possesso locum habet, ut eas
bona fide factas recuperet, per doli exceptionem, si eas actor
non concedat deducere l. fin. autem 27. §. in rem peritam ff. de R. V.
l. si in area 33. ff. de conditione indeb. l. 38. ff. de pet. hered. Quin &
malæ fidei possessor eadsen consequitur, si nimirum sicut utiles d. l.
38. ff. de petit. hered. Natura enim æquum est, neminem cum alte-
rius iacturalocupletiore fieri. l. 14. ff. de cond. indeb. l. 6. § 3 ff. de
neg. gest.

37. Quanquam nemo sibi ipsi jus dicere debet. l. 10. ff. de
jurisd. tot. tit. C. ne quis in sua ca. jud. possessori tamen, ad defenden-
dam possessionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ vim pro-
pulsare permisum est l. 1. C. unde vi. Qui & quemlibet, se in posses-
sione turbant, propriæ autoritate dejicere impune potest l. qui
possessionem 17. ff. de vi & vi arm. dū modò id faciat in ipso congressu,
non ex intervallo d. l. 17. l. 3. §. 9 ff. eod. Aliás possessionem auferre
est de processu judicii, secundum Inno in c. dudum de elect. & nemo
potest proptia autoritate possessionem intrare. Inno. in c. cum ve-
nissent. De restit. spoliat. Nec possessio, injusta licet, sine causæ co-
gnitione, & possessori non citato, auferenda est, Bald. in l. 2. in f. C.
si proper public. penit. &c. c. in literis 5 de restit. spoliat.

38. Quibus stantibus, probabilior sententia videtur, nec
emphyteutam, canone intra triennium non soluto, à domino pro-
pria autoritate expelli posse. arg. l. credi ores C. de pign. l. non est singu-
lis ff. de R. l. l. si cuius rei §. sed si inter duos ff. de usufr. l. lex vestigali ff. de

pign. l. in reb. C. de jure dotium l. dotis C. soluto matrimonio. Nec lex 2.
C. de jure emphyr. obstat, quæ dominum expellere debere actionibus
competentibus ipsum emphyteutam intelligenda est l. extat
ff. quod met. ca. l. si quis in tantam C. unde vi. l pen. & ult. ff. ad l. Iul.
de vi privata. vid. Borcholi. in cap. de emphyteusi &c. num. 30.

Hæc sunt, quæ de utilitatibus & præcipuis effectib. possessionis
attingere verius, quam latius diducere in præsen-
tiarum libuit.

PARERGA.

1. *Dominium est ima species.*
2. *Possessio non item.*
3. *Est quedam possessio, que absque ullo corporis acta transfertur.*
4. *Servitutes reales, tam discontinuam, quam continuam causam habentes, prescribantur.*
5. *Etiam regalia.*
6. *Non tamen supremæ juris dictiones.*

F I N I S.

355.


s.

12/15
Se


Strassberg, Diss., 1623-26

X26 n020

VDMX



Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

DISPUTATIO INAUGU-
RALIS.

DE UTILITATE ET PRÆCIPUIS EF- FECTIBUS POSSES- SIONIS,

340.

1623, 1.

Quam,

Divina favente gratia,

AUTORITATE ET DE-
CRETO AMPLISSIMI JURE CON-
SULTORUM ORDINIS, IN INCLITA AR-
gentoratensis Univer-
sitate.

Pro
SUMMIS IN UTRIQUE JURE INS-
IGNIBUS, PRIVILEGIIS ET IMMUNITATIBUS
Doctoralibus, solenniter conse-
quendis,

Publicæ Censuræ subjicit

M. PETRUS BOCHORIZHIUS, LABA-
censis Carniolanus.

In auditorio majori, Mense Februario, 1623.



ARGENTORATI,
EXCUDEBAT PAULUS LEDERZ.
ANNO M. DC. XXIII.